

78.

Bischof Johannes von Merseburg befiehlt dem Probst Burckhard, den Prozeß zwischen Johann Meurer und Conrad Tube nicht weiter zu führen, da er selbst die Sache in die Hände nehmen wolle.

Merseburg, 1446 Apr. 29.

5 *Hdschr.: Universitätsbibliothek Leipzig Cod. mscpt. No. 176 fol. 305^a.*

Iohannes dei gracia episcopus Merseburgensis, iudex et conservator iurium, privilegiorum, libertatum, rerum et bonorum venerabilium virorum dominorum magistrorum, doctorum et scolarium alme universitatis studii Lipczensis nostre diocesis una cum certis nostris in hac parte collegis cum illa clausa „Quatenus vos vel duo aut unus vestrum ꝛ.“,
 10 a sede apostolica specialiter deputatus, venerabili viro domino Burckardo, preposito monasterii sancti Thome apostoli in Lipczk, nostro in hac causa subdelegato, sinceram in domino caritatem. Causam iniuriarum inter honorabiles magistrum Iohannem Murer et Conradum Tuben coram vobis ut nostro subdelegato indecisam procedentem in eo
 15 statu in quo sic indescisa pendet, certis ex causis nos ad id moventes ac eciam ne ipsa causa offensionis coram officiali nostro ut executore statutorum provincialium ꝛ. interdictas partes ventilata a dicta causa iniuriarum, cum se mutuo concernunt, dividatur, ad nos duximus advocandum et advocamus per presentes, mandantes et inhibentes vobis ne
 in huiusmodi iniuriarum causa predictarum parcium procedere seu aliquid attemptare presumatis, et si, quod absit, attemptatum fuerit, illud totum revocare et ad pristinum
 20 statum reducere curabimus iusticia mediante. Datum Merßburg anno millesimo cccc^o XLVI. feria sexta proxima post dominicam quasimodogeniti.

79.

Der Probst zu St. Thomas Burckhard, Richter und Subkonservator der Rechte der Universität, läßt den Conrad Tube auffordern, innerhalb sechs Tagen vor ihm zu erscheinen, um sich wegen
 25 *seiner Widersetzlichkeit zu entschuldigen.*

1446 Apr. 30.

Hdschr.: Universitätsbibliothek Leipzig Cod. mscpt. No. 176 fol. 305^a.

Mandat venerabilis pater dominus Burckardus, prepositus canonicorum regularium monasterii sancti Thome apostoli in Lipczk ordinis beati Augustini Merßburgensis diocesis, iudex et subconservator cause et causarum parcium infrascriptarum, a reverendo in Christo
 30 patre et domino, domino Iohanne episcopo Merßburgensi, iudice et conservatore principali iurium, privilegiorum, libertatum, rerum et bonorum venerabilium virorum dominorum magistrorum, doctorum et scolarium alme universitatis studii Lipczensis antedictae diocesis Merseburgensis, una cum certis suis in hac parte collegis cum illa clausula „Quatenus vos vel duo aut unus vestrum per vos vel alium seu alios ꝛ.“, a sede apostolica specialiter deputato sub
 35 delegatus, moneret peremptorie et monet, ut moris est, in valvis ecclesiarum sancti Thome discretum Conradum Tuben, ut infra sex dies huic monicioni proximi, quorum quidem